



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vitae Sanctorvm**

**Lippeloo, Zacharias**

**Coloniae Agrippinæ, 1603**

Vita S. VVillehadi Primi Episcopi Bremensis: Ex ea quæ teste Baronico à V.  
P. Laurent. Surio fideiſimè conſcripta eſt. Ordinatus fuit eius ſedis  
epiſcopus anno Domini 788.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42787**

*Caduntur  
plumbatis.*

antè AEsculapij simulachrum plumbatis ad  
supremum vsque spiritum cædi imperauit: ce-  
fosque & glorioso fine beatos, canibus in pla-  
tea obijci iussit. Ibi cùm dies quinq; sacra eorū  
corpora iacuissent, à Christianis sublata, mili-  
liario ab Vrbe tertio, via Lauicana, in arenario  
iuxta corpora supradictorum martyrum, se-  
pulta sunt.

*à Melciade  
Episcopo  
quatuor co-  
ronati nomi-  
nantur.*

Cùm autem nomina eorum minimè reperi-  
rentur, statuit B. Melciades episcopus, vt anni-  
uersaria eorum quatuor Coronatorum dies,  
sub nominibus sanctorū quinque martyrum  
recoleretur. Intercurrentibus tamen annis,  
cuidam viro, sanctitatis laude conspicuo, no-  
mina eorum reuelata sunt. Festiuitas verò, vt  
fuerat statuta, in aliorum martyrum festiuita-  
te celebris permanfit: at locus quatuor Coro-  
natorum nomine insignis.

## VITA S. VVILLEHADI PRIMI EPI-

*In Notat. ad  
Martyr.  
Roman.*

*scopi Bremensis: Ex ea qua teste Baronio à V.  
P. Laurent. Surio fidelissimè conscripta est.  
Ordinatus fuit eius sedis episcopus anno Domi-  
ni 788.*

*S. Nouéb.*

*Patria eius.*

**V**VILLEHADVS vir vitæ venerabilis  
ex Britannia maiori oriundus, spiritua-  
libus disciplinis egregiè imbutus, vt  
cognouit Frisones Christianæ fidei experere  
mysteria, magno incitatus zelo, Alachinti Re-  
gis Anglorum ac Episcoporum communi sen-  
tentia & consensu ad eos contendit: transmis-  
soque mare gratulabundus in locum, cui \*Do-  
ckinge nomen est, peruenit. Is cùm iam antè  
S Bo-

*\*Dockum.*



S. Bonifacij\* martyrio celebris, à cunctis erro-  
ribus ritè expurgat<sup>9</sup> esset, VVillehadus in sub-  
acta fidelium corda foeliciter admodum diui-  
ni verbi sparsit semina, vberesque adedè rece-  
pit fructus, vt multi nobilium suos ei filios in-  
stituendos trad rent.

\* huius vita  
extat 14.  
Maij.  
Magnū fru-  
ctum facit  
in Frisia.

Indè autem proficiscēs, traiecto flumine La-  
uinca, ad locum, cui Huckmarke nomen, ap-  
pulit; vbi incolæ furore perciti, quòd eos ab i-  
dolorum cultura reuocaret, necem illi inferre  
voluerunt: intulissentq; protinus; ni modera-  
tiores quidam & sanioris consilij homines, ad  
fortè, de more reuocandum esse, dixissent, nū  
morte plectendus esset. Cumque fors eum non  
attingeret, agente diuina prouidentia, libera  
abeundi facultate donatus est. Illis ergò reli-  
ctus, venit in Drentiam; vbi multi eius prædi-  
catione conuersi, Christo suo nomina dedere.  
Porro discipulis eius idolorum fana demoliri  
volentibus, barbari pari furore impulsu ad cæ-  
dem cunctis inferèdam se comparauerunt: cę-  
sumque fustibus B. VVillehadum, & multis  
plagis liuidum è suis finibus expulerunt.

Pagani vo-  
lunt eum oc-  
cidere.

Ceditur su-  
fluis.

Tum verò in VVigmodiam se conferens, ec-  
clesias illic condidit, & populum salutari do-  
ctrina alacriter erudiuit. Ea in re Carolus Frā-  
corum Rex mirificè ei adiuuèto fuisse perhi-  
betur. Sed paulò post VVedekindus Saxonum  
Dux, congregato aduersus Carolum exercitu,  
Christianos persequi & è finibus suis profiga-  
re cœpit. Quo scelere offensus VVillehadus Venit Ro-  
in Veriustri commigravit. Sed cum eò quoque  
persecutionis tēpestas peruaderet, eam Christi  
benignitate declinans, Romam profectus est:

Venit Ro-  
mani.

Gg vbi



vbi ab Hadriano Pontifice peramanter excep-  
tus, & suauissima consolatione refectus, tan-  
dem in Franciam lætus redijt.

Porrò Carolo Francorum Rege iubente, in  
VVigmodiam reuersus, Christi fidè publicè, &  
strenuè prædicauit, destructaq; tēpla instaura-  
uit; & eodem quoq; anno Frisones defectores  
ad Christi fidè reduxit: & ipsū postremò VVe-  
dekindū totius mali auctorem baptisate lu-  
strauit. Carolus aut Rex cū esset Vvornatiz,

*Vvedekin-  
du baptiz-  
atur.*

*VVilleshadus  
fit primus e-  
piscopus Bre-  
mensis.*

Christi sacerdotē, antistitē consecrari voluit  
eiusq; parocciæ VVigmodiā, Haras, Vvriusfri,  
Astergam, VVangam & Noerden subiecit. Igi-  
tur vir sanctus primus ibidem episcopus cōsti-  
tutus, piè admodum & religiosè functionem  
illam annos duos, menses 3. & dies 26. admini-  
strauit, virtutumq; studia multis modis adau-  
xit. Bremæ verò insigni opere templū cōdidit,

*Construit e-  
gregium tē-  
plum Bre-  
mæ.*

dedicatumq; in honorē saluatoris, Apostolo-  
rum Principem patronū eius elegit: & in ea vi-  
be cathedrā episcopālē cōstituit. Fuit aut mi-  
abstinentiæ, ita vt Pontifex Hadrianus ad pil-  
cium esum, quibus vti non solebat, cogere de-  
buerit. Tandem cū ecclesiam suā studio pie-  
tatis & religionis egregiè florentem reddidisset,  
in loco, qui \* Bleckenfee dicitur, acri cor-  
reptus febre ad cælos migravit.

*Mira eim  
abstinentia  
\* Plecarre  
Plexen.  
Obiit felici-  
ter.*

VITAS. GODEFRIDI EPISCOPI

*Vide Notat.  
C. Baron in  
Martyr.  
Rom.*

Ambianensis 34. Ex ea qua est per Nicolaum  
Monachum Suesionensem eius aequalē. Migra-  
uit ex humanis anno Domini 1118. Episco-  
patus sui 11. Aetatis verò suæ 50. Translatio an-  
nem facta est, anno 1138.

BEATV